

DISPUT. QUADRAGESIMAPRIMA.

Quid exigatur, ut integrum sit marito ad Episcopi, aut Cardinalis dignitatem iure promoueri?

SVMMARIVM.

Quid exigatur ut vir fiat Episcopus? Referatur quaedam opinio, nu. 1.

Proponitur sententia auctoritatis, nu. 2. An si vxore uouente in seculo castitatem, cum vetula sit, vir profiteatur, & iam professus, sit in Episcopatum promouendus, desideretur vxorem profiteretur.

Quid exigatur, ut vir fiat Cardinalis? numero. 4.

Vidam censent idem sufficeret, ac necessarium esse, ut maritus ad Episcopii dignitatem promouetur: quod sufficit, & necessarium est, ut vir transeat ad religionem, nimirum, si vxor sit senex, ut ea uoueat castitatem in seculo: si autem iuuenis, ut transeat ad religionem. Ita censent glo. c. sanè, in fin. de co. uerf. coniug. Sotus. 4. d. 27. q. 1. art. 4. ad finem, in vers. quod hic de separatione. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 1. de essentialibus ipsius. d. 27. art. 3. diffi. 9. & ad d. c. sanè, petens ad id ingressum vxoris in religionem, responderet gloss. finalis ibi, intelligi de vxore iuuenis, & est probabile.

Sed multò uerius est, semper esse necessariam professionem vxoris in religione, ut possit uir ad Episcopatum promoueri. Id enim uidetur decidi. c. sanè, de conuerf. coniug. ibi. Prohibemus ne vxoratum presumatis in Episcopatum ordinare, nisi vxor prius professu continentiam, sacrum sibi uelamen imponat & religiosam vestem, vel uisum assumat. Et ratio est, propter ordinis Episcopalis excellentiam, & ut auferatur occasio, ut Episcopus uisitetur à fœminis. Et ideo hanc sententiam sustinent, ex Iurisperitis, gloss. cap. Si se, verb. separentur. d. 18. & c. quia sunt, verb. nec religiofam. d. 28. Inno. c. cum sis, in fine, & cap. coniugatus, nu. v. nico, de conuerf. coniug. Hostien. summa, eodem tit. n. 6. & cap. ad Apostolicam, nu. 1. & cap. sanè, in fine, de conuerf. coniug. Ioan. Andr. d. c. coniugatus in fine, & d. c. sanè, nu. 3. & ibi Anton. nu. 3. Abbas, nu. 2. Card. num. 2. quæst. 1. Anchar. ad finem, idem Abbas cap. 1. num. 6. eodem tit. idem Cardin. cap. ex parte, cl. 1. num. v. nico, op-

positione vnica, versic. sed pro intellectu, eodem, tit. Henricus. d. cap. coniugatus, numer. 4. Dominicus. c. Si se, nu. vnico, d. 18. Monaldus summa, vbi de voto, tit. de voto coniugatorum, versic. item licet aliqui dixerint. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 11. initio. Angelus matrimonium. 4. num. 8. Supplementum summe Pisanæ, verb. impedimentum, impedimento. 11. ad finem. Sylu. matrimonium. 8. q. 12. d. 4. & verb. diuortium. q. 17. dicto. 2. Armilla ibi, num. 11. Taberna matrimonium. 1. q. 3. nu. 4. Turrecr. c. si mulier, art. 2. nu. 2. d. 18. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 3. Brunellus de sponsalibus, concl. 30. nu. 7. fine. Gregor. Lopez. 1. verb. in orden, tit. 10. p. 4. Gaeta repetitio. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 195. n. 468. Anton. Cuc. lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. nu. 23. & lib. 4. tit. 12. n. 193. Franciscus Marcus decil. 7. 34. n. 6. p. 2. Maiolus lib. 1. de irregular. c. 24. n. 2. Et ex Theologis, Maioris. 4. dist. 32. q. 2. §. pro illa rubrica. Palacios. 4. dist. 27. disp. 2. col. 24. versic. sed quid si facta, fol. 584. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 13. q. 7. Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. art. 4. dub. 5. concl. 6. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. vbi de matr. c. 49. col. 6. versic. adde etiam. Et est commune placitum.

Hinc inferitur, viro effecto religioso, vxore vetula manente in seculo cum castitatis voto, si uir ad Episcopatum prouehendus esset, necessarium fore ut vxor illa religionem ingrediatur. Constat ex dictis numero precedenti, & docet Anchar. c. sanè, ad finem, de conu. coniug.

Tandem dubitatur, quid desideretur, ut possit maritus ad Cardinalis dignitatem promoueri? Ioann. And. c. sanè, in fine, de conuerf. coniug. in decisiu. relinquit, ut Pötiffex statueret: addit; honestu fore ut idem seruetur, quod. nu. 2. diximus exigi, ut uir Episcopus crearetur nimirum, ut qualiscumque sit vxor, religioe ingrediatur. Quod Cardinales in suis titulis habeat benedictione quasi Episcopalis, ut notatur. c. his que, de maior. & obed. & illu omnino sequitur, Anton. eo. c. sanè, in fin. Abbas. nu. 3. Cardin. in fine. Anchar. in fin. Sed Maiolus lib. 1.

de irregular. cap. 3. 4. num. 2. quæstionem hanc decidit, afferens semper desiderari ingressum vxoris in religionem. Sed existimo non amplius desiderari, quam ad or-

dines à viro assumendos. Quod non inueniam textum aliquod speciale in hoc casu decidendum: nec rationem, quæ ad aliud sententiam cogat.

DISPUT. QUADRAGESIMASECVNDA.

Utrum per contractum matrimonij validum amittat clericus in minoribus constitutus beneficia?

SVMMARIVM.

Per sponsalia non amittit clericus beneficia, nec illis est impedimentum. Quando beneficium non vacat ipsa iure, potest beneficiarius licet pendente, antequam presentetur, ipsa resignare, non obstante quod alius ea impetrarit, si clericus. Ius priuatur, non obstante ea impetratione, si Episcopus possit dispensare, ut ille obtineret beneficium, non impediretur, ea dispensandi facultate. An beneficium vacent per matrimonium, non expedita iudiciali sententia? Referitur quaedam opinio. n. 3. Proponitur sententia auctoritatis, nu. 4.

Vacant beneficia, quantum matrimonium non sit consummatum. Nec recuperat ea sponsus sponsa profertente. num. 6. Admittitur etiam ius ad rem, accessus, & regressus ad beneficium. num. 7.

Quid, si illegitimus, aut alias inhabilis impetraret dispensationem ad beneficium: vel quisquam ad plura, an mox inuens matrimonium, perdat valorem dispensationis, ita ut ipsi facto viduo non proficiat? Referatur quaedam opinio. n. 8. Sententia auctoritatis traditur, & qualiter dispensatio non conferat ius ad rem. n. 9. Clericus valido matrimonio copulatus peccat mortaliter, si retineat beneficium. n. 10. Possent eius beneficia tanquam vacantia, statim impetrari, & alteri conferri. n. 11. Retineat beneficium, tenetur fructus restituere. n. 12. Nec potest illud resignare in fauorem alterius. num. 13.

Coniugatus est incapax beneficii, & laicus, quantum statim iniciandus. n. 14. An hic recipiens beneficium, aut alij inhabiles, inuenitur regula de triennali possessore: numer. 15.

si beneficij capax. n. 16. Scribitur an sit capax, quando vxore adulteranti ad ordines promouetur? an possit Episcopus dispensare, ut coniugatus obtineat beneficium? Referitur quaedam sententia. n. 17. Proponitur sententia auctoritatis. Et explicatur c. Ioannes, de cleric. coniugatis. n. 18. Soluuntur argumenta. Et enodantur c. si quis verò, d. 32. & c. quia tuus. 12. q. 1. n. 19.

Beneficium igitur, qualiter ordo impedimentum præstet matrimonio, illique superuenire possit. Iam disputandum occurrit, de damnis, que clericus ad matrimonium tranfens incurrit. Inter que principem locum obtinet beneficiorum amissio. Et præfens disputatio tractat, qualiter amittantur, quando matrimonium est validum: subsequens autem, quando est irritum. In præfenti ergo disputatione constat apud omnes; beneficia nequaquam admitti per sponsalia de futuro. Quia sicut per ademptionem posterioris beneficij incompatibilis prius minimè vacat, dum plene non est posterioris obenta possessio, c. commissis, de elect. in. 6. ita per sponsalia, quæ statum plene incompatibilem non inducunt, sed solum via sunt ad illud comparandum, non vacant beneficia. Atque ita docent Ioannes Andreas. c. 1. n. 1. & c. Ioannes. n. 23. de cleric. coniugatis. Anton. eo. c. 1. n. 6. & eo. c. Ioannes. n. 19. Abbas eo. c. 1. n. 5. Anchar. eo. c. 1. ad finem, & eo. c. Ioannes. nu. 14. Cardinalis eo. c. 1. n. 2. q. 2. & d. c. Ioannes, n. 8. q. 11. Immola eo. c. 1. n. 4. & eo. c. Ioannes. n. 24. & Clem. gratia. n. 25. de rescriptis. Henricus. c. de diversis. n. 10. de cleric. coniug. Franciscus. c. vnico, in princip. n. 3. de cleric. coniug. in. 6. & ibi Dominicus, in princip. n. 3. Anchar. n. 1. notabili. n. Philippus Probus ibi, addit. ad Monachum. n. 10. Gygas

de pensionib. q. 14. n. 7. Staphileus de literis gratie vbi de varijs modis vacationis. §. vacationis modo. n. 5. Bernard. Diaz practica canon. in noua editione. c. 80. n. 6. & ibi Salzedo in addit. verb. beneficia, Rebuffus de pacif. posses. n. 187. & praxi beneficiorum, regula de public. resignat. glos. 18. n. 40. Benedic. Capra repet. clem. gratie. de rescript. nu. 45. Rosella verb. clericus. 4. n. 21. Sylu. beneficium. 3. q. 22. Armilla verb. beneficium. n. 20. Tabiena beneficium. 2. q. 12. n. 14. Bermondus de publicis concubinarijs. §. qui vero solutus est, si continere nolit. n. 2. Aufresius de decisione Tholosana. 240. n. 3. Nauar. summa. c. 25. Hispanè. n. 119. Latine. n. 120. Couar. 4. de cret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 4. Minchaca de successione creatione. lib. 3. §. 22. n. 47. Iulius Clarus lib. 5. receptorum. §. finali, in practica criminali. q. 73. nu. 3. Antonius Gabr. tom. 1. communium, in mea editione, lib. 2. fol. 67. verb. beneficiarius. Perez libr. 5. ordinamenti. tit. 1. l. 1. fol. 4. §. rament spofalia. Mascardus de probat. concl. 182. n. 1. & vltimo. Et ex Theologis Azor. libr. 13. institutionum moralium. c. 13. q. 6. & 8. Emanuel Sa. summa. verb. beneficium. n. 24. Manuel. 1. tom. summe. 2. editione. c. 30. fine. Vega. 1. tomo summe. c. 36. casu. 20. §. 2. lo. sexto. Ludouicus Lopez. 1. p. instruct. c. 256. col. 5. §. interim isthinc pullulat. Et. 2. p. c. 49. de matrim. pauld ante ritulum, de impedimento consanguinitatis. Adidique secundum omnes priuandū esse hunc clericum beneficijs. Sed neminem inuenire potes id dicentem: nec est verum. Quia nec est textus id probas: nec ratio id suadens. Cum hic minimè delinquat, & non dum statum incompatibilem assumpserit.

Difficultas autem est, quando clericus valdum matrimonium inir, an eod ipso beneficia amittat, an potius sententia iudicis priuans desideretur? Magni enim effectus est, vtrum horum dicamus. Si enim ipso iure vacent beneficia, nullatenus poterit contrahens matrimonium ea renuntiare. Ea quippe est regula, vt priuatus ipso iure beneficio, non possit in fauorem alicuius resignare. Quod nullum ius in id beneficiū ipsi superbit. Et ita multis citatis, & assertis esse omnium, docet Flaminius lib. 3. de resignat. benef. q. 1. n. 21. & duplici sequenti. At si non ipso iure vacent, donec priuatur, poterit ante priuationis sententiam, adhuc lite pendente ea in alterius fauorem

renuntiare. Nam priuandus per sententiam beneficio, vt qui eo adepto homicidium admisit, aut aliam irregularitatem contraxit, potest lite adhuc pendente ante sententiam resignare in fauorem tertij. Quia donec priuatur, est suum beneficium illud. Vt cum Glossa. c. 2. verb. finita, vt lite pendente, tradunt multis alijs allegatis, Rebuffus de pacificis possessor. n. 261. Conar. clem. si furiosus, de homicid. 2. p. §. 3. n. 7. Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 16. n. 8. Enriquez libr. 13. de exco. c. 56. nu. 4. Zuallos in suis quaest. praed. q. 147. nu. 7. Et ita hanc differentiam in his terminis clerici beneficiarij inuentis matrimonium, docent Bernardus Diaz practica canonica, in noua editione. c. 80. n. 5. Zuallos. ea. q. 147. n. 6. Et videtur est omnino Flaminius. d. q. 16. per totum, vbi latissimè de hac resignandi facultate tractat. Imò si possit Episcopus dispensare, vt ille delinquentes retineat id beneficium, id vtique, possit non obstante quod alijs a Pontifice id beneficium impetrat, post delinquentis priuationem sibi conferendum: sicut & ipse delinquentes possit non obstante ea impetratione resignare in fauorem tertij. Quia impetrans non obtinuit simpliciter illud beneficium, sed sub ea conditione, si homicida, aut alius delinquentis illo priuaretur. Quam priuationem impediunt dispensatio Episcopi, aut ipsius delinquentis resignatio. Ita docet alijs citatis, Couar. c. num. 7.

Hoc ergo supposito, quidam aiunt per contrarium matrimonij validum non vacare ipso iure beneficia, sed expectandam esse iudicis sententiam. Sic videtur sentire Glossa. c. coniugatus, verb. ad sacros, de conuers. coniug. vbi dicit clericos in minoribus constitutos inuentis matrimonium debere beneficijs priuari. Et tenet expressè Alex. Carrerius lib. 3. de sponsalibus. c. 3. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione. c. 22. 4. n. 1. Et potest probari, quia communis sententia habet non vacare beneficium ante sententiam, quamvis canon statuat ipso iure amitti: addatque, absque alia declaratione. Vt potest videri apud Couar. 4. de cret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 10. Secundo, ex. c. 1. de cleric. coniug. ibi. Si qui clericorum infra subdiaconatum acceperint uxores, ipsos ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & renuntias uxores, distributione Ecclesiastica compellatis. Et. c. quod à te, eodem tit. ibi. Beneficijs sunt priuandi. Quibus in textibus vido-

tur aperte decidi, hunc clericum non esse per matrimonium beneficijs ipso iure priuatum, sed priuandum. Tertio, quia inhabilitas medio tempore superueniens, nō nocet, si habitas in principio adfuit. I. sed si in conditione. §. solemus, ff. de hered. inst. Sicut obitens beneficium ante irregulartatem, non id perdidit, illa superuenienti, & reddenti inhabilem ad tunc obtinendum. Cum ergo clericus ille fuerit habitus tempore, quo obtinuit beneficium, nō ipsum laedendum dicemus ratione coniugij, quod inhabilem efficit ad tunc obtinendum. Tandem, quia c. si qui verò. d. 32. quod repletur. c. quia tua. 12. q. 1. & est D. Gregor. dicitur, clericos in minoribus constitutos, qui continere nequeant, in matrimonium collocandos esse, & stipendia sua accepturos.

4. Nichilominus certissimum est, per contrarium matrimonij validum vacare statim ipso iure beneficia illius clerici in minoribus ordinibus constituti contrahentis. Ratio autem potissima ea est, quod hoc minime statutū sit in penam delicti, vt sic sententia iudicis desideretur: nullū enim delictum est, hos matrimonium inire: sed id confugit, eod quod se vinculo incompatibili cum beneficio sponte sua inuodet: ac proinde eod ipso per spontaneam dimissionem illud videtur repudiare. Contrario enim facto, iure proprio ceditur. I. 1. C. de furtis. l. quod in herede. §. eligere, ff. de tribuaria actione. Et contrario renuntiat beneficium, & tanquam derelictum habetur. c. ex transmissa, de renunciat. & c. cum renunciat. 32. q. 1. Præterea quia ea facita conditione, censetur clericus obtinere beneficium, ne statim incompatiblem eo retento assumat. Quare eo assumpto perdidit statim beneficium, tanquam conditione deficienti. Et ideo ita sultinent Glossa. c. vnico, verb. clericalis, de clericis coniugatis in. 6. Et ibi Ioannes Andreas n. 3. Anchar. n. 5. q. 2. & n. 1. notabili. 1. Probis addit. ad Monachum. ibi. n. 10. Dominicus sibi, in principio. n. 3. Francus ibi, in principio. n. 3. idem Glossa. c. 1. verb. relinquenda, de cleric. coniug. & ibi Ioannes Andreas. n. 6. Anton. n. 7. Abbas. n. 4. & 5. Anchar. n. 2. notab. 2. Cardin. n. 2. oppositione. 1. & q. 2. Immol. n. 4. Idem Ioannes Andreas, c. Ioannes, eodem tit. nu. 23. & ibi Anton. n. 19. Anchar. n. 14. Card. n. 8. q. 1. Immol. n. 24. Idem Antonius. c. coniugatus. n. 2. de conuers. coniug. Speculator

tit. de clericis coniugatis. §. vnico, fine. Goffredus summa, eodem tit. nu. 1. Host. summa, eodem tit. n. 1. Henricus. c. Quod à te. n. 5. & c. diuersi. nu. 2. eodem tit. Archid. placuit, in fine. d. 32. & ibi Dominicus in fine. Immol. clem. gratia, nu. 25. de rescript. Parisius consil. 40. n. 3. vol. 4. Aimon de antiquitate. p. 4. §. videmus. n. 124. Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 35. nu. 7. Decisio. Tholosana 240. & ibi Auferrius. n. 2. Benedic. Capra Clem. gratia. nu. 45. de rescript. Tiraquel. de retracto lignagier. §. 26. glossa. 2. n. 9. Rebuffus de pacificis posses. nu. 187. & praxi benef. regula de public. resignat. glossa. 18. n. 38. Rosella §. Sylu. Armilla, Tabiena num. 1. allegat. Idem Sylu. clericus. 2. n. 2. verif. peccat verum in istis. Angelus clericus. §. n. 1. Bernardus Diaz practica canonica, in noua editione. c. 80. nu. 5. & ibi Salcedo in addit. verb. beneficia. Bermondus de public. concubinar. §. qui verò solutus est. n. 2. Gygas de pensionib. q. 54. n. 5. & 6. fine. Ludouicus Gomez regula de annali possessore. q. 21. pauld post principium. Staphileus de literis gratie, vbi de varijs vacationis modis, in quinto modo n. 2. Raucnas in compendio iuris canonici, tit. de cleric. coniug. Nauar. summa. c. 25. Latine. n. 120. Hispanè. 119. & c. quoad de consec. d. 1. Latine. c. 21. n. 43. & lib. 4. consil. tit. de renunciatione. in 1. editione, consil. 3. h. i. n. 2. conf. 8. nu. 1. Montaluis. l. 41. glos. vnica, tit. 6. p. 1. & ibi Gregor. Lopez, verb. el beneficio, Couar. 4. de cret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 4. Iulius Clarus lib. 5. receptorum. §. finali, in practica criminali, q. 73. n. 5. Minchaca de successione. creatione lib. 3. §. 22. n. 47. Antonius Cucus lib. 1. institutiooium maiorum, tit. 12. nu. 25. Perez lib. 5. ordinamenti, tit. 1. l. 1. fol. 4. §. hinc inferitur. Mascardus de probat. concl. 182. n. 1. & 2. Maiolus lib. 1. de irregular. c. 34. n. 5. Spino speculo testament. glos. 16. n. 93. Martienc. lib. 4. recop. tit. 8. l. 7. glos. 12. n. 2. & tit. 1. rubrica, glos. 1. n. 18. fine. Gutierrez lib. 21. q. practiarum, q. 104. n. 3. Antonius Gabriel tom. 1. communium, in mea editione, lib. 2. fol. 67. verbo beneficiatus, & lib. 3. fol. 108. verb. clericus beneficiatus. Euerardus conf. 111. 1. circa principium, Flaminius de resign. benef. lib. 3. q. 1. n. 28. & lib. 4. q. 2. nu. 107. & lib. 4. q. 1. n. 13. & lib. 3. q. 10. n. 2. Zuallos in suis quaest. practicas. q. 47. n. 6. Humada in addit. ad Greg. Lop. l. 1. tit. 6. p. i. nu. 2.

Et ex Theologis D. Anton. 3. p. tit. c. 8. concl. 1. Toledo lib. 4. summae. c. 18. nu. 4. Enriquez lib. 7. de indulgentiis. c. 36. nu. 1. commento. litera. G. Azor lib. institutionum moralium. cap. 8. quaest. 3. & libr. 13. cap. 13. q. 6. & 8. Manuel. 1. tomo summae. secunda editione. c. 30. num. ultimo. Ludovic. Lopez. 2. p. instruct. vbi de matrim. c. 49. col. 6. vers. sed & tunc. & 1. p. c. 2564. columna. 4. §. insuper & circa fructus. Vivaldus candelabro Sacramentorum. 1. par. vbi de matrim. num. 227. Vega. 2. tomo summae. cap. 36. casu. 2. §. à lo quarto. Et explicant Antonius Cucus, & Azor vtroque loco allegato nulla opus esse iudicis sententia. Et melius id docent, quos nullo referam, asserentes hunc peccare, si beneficium retineat.

Hoc autem est verum, licet matrimonium nondum consummatum sit. Statim enim ac matrimonium per verba de praesenti initur, vacant beneficia. Quamvis enim textus, c. 1. de cleric. coniug. decidens clericos per matrimonium perdere beneficia, loquatur expressè de clericis ducentibus uxores, & vxor maximè in materia odiosa intelligatur iam consummato matrimonio: in hoc euentu comprehenditur etiam sponsa de praesenti nondum cognita. Militat enim eadem ratio: quippe verè est assumptus status incompatibilis cum beneficio. Atque ita docent Ioannes Andreas eo. c. 1. n. 1. Hostiens. ibi. n. 2. Anton. n. 7. Abb. n. 4. Anchar. ad finem. Card. n. 2. q. 2. Immo. n. 4. Archid. c. placuit, in fine. d. 32. & ibi Dominicus in fine. Henricus. c. quod à te. n. 5. de cleric. coniug. Speculator. Ioan. Lupus, Dominicus, Francus, Anchar. Philippus Probus, Bernardus Diaz, Salzedo, Staphileus num. 3. Gygas num. 5. Couar. Aufrelius, Angelus, Antonius Cucus num. 226. Enriquez, Vivaldus, Vega, vbi num. praecedenti allegati sunt. Sylu. verb. clericus. 2. n. 2. vers. peccat verò in illis. Matienço lib. 5. recopilat. rubr. tit. 1. gloss. 1. n. 158. fine. Azor lib. 13. institutionum Moralium. c. 13. q. 8. Ludovicus Lopez. 1. p. instruct. c. 256. col. 4. §. insuper & circa fructus. Nauar. summae. 25. Hispan. n. 119. Latind. n. 120.

Nec clericus hic recuperat beneficium nondum alteri collatum, quamvis sponsa nondum cognita deceat, aut ad religionem transeat. Quod cum ipsum semel vacat, non potest ad id absque noua collatione redire. Ius enim seorsum extinguitur non

reuiuiscit amplius, licet causa extinguaens cessarit, cap. quam periculum. 7. quæst. 1. q. 1. & cap. quæris, de consecrat. d. 4. & melius clem. gratie de rescrip. vbi habetur ceteri tacite renunciatum gratiæ, vt de beneficio curato alicui prouideatur, per ademptionem pacificè alterius beneficii incompatibilis, quamvis velis hoc beneficium resignare. Vbi Philippus verb. resignaueris, infert inde gratiam peremptam non reuiuiscere, licet res in pristinum statum redeat. Ita docent Gloss. ea. clem. gratiæ, verb. resignaueris. Et ibi Cardin. nu. 10. q. 17. Paulus ibi, Immo. ibi num. 25. Bonifacius ibi, in fine. Ioannes Andreas. c. 1. num. 2. de cler. coniug. & ibi Abbas numer. 6. Anton. num. 7. Anchar. fine, Cardin. fine. Immo. num. 4. Henricus cap. quod à te. n. 5. eodem tit. Archid. cap. placuit, in fine, & ibi Dominicus in fine. d. 32. Idem Dominicus cap. vnic. in princ. nu. 3. de cleric. coniug. in. 6. & ibi Francus numer. 3. Anchar. numer. 5. q. 2. Bernardus Diaz, Speculator, Gygas num. 8. Aufrelius num. 4. Angelus, Sylu. Nauar. Couar. num. 6. Salzedo, Mascardus num. 4. Azor, Ludovicus Lopez, Vivaldus, Vega num. praecedenti allegati, Iulius Clarus lib. 5. receptarum, in practica criminali. §. finali. q. 73. n. 5. Maiolus lib. 1. de irregul. cap. 34. num. 5. Manuel. 1. tomo summae. 2. editione, cap. 30. num. vlt.

Admittuntur insuper per matrimonium validum, accessus, regressus, ac qualibet alia iura ad beneficium Ecclesiasticum ipsi contrahenti cõpetentia. Vacant enim statim ipso iure, instar beneficiorum. Vt si quispiam impetrauit receptam ad præbendam vacaturam, & antequam vacaret, iniit matrimonium, ac defuncta vxore vacauit, non potest eam petere. Quia cum matrimonium sit status incompatibilis cum beneficio, per ipsius contractum non sola beneficia, sed omnia iura ad illa tantquam derelicta habentur. Idque probatur ex clement. gratiæ, de rescrip. vbi habetur tacite renunciari gratiæ de beneficio curato alicui conferendo, si is ante collationem adipiscatur pacificè beneficium incompatible: quamvis illud postea resignarit. Vbi Anchar. numer. 6. reddit rationem, nam si per acquisitionem secundum beneficii incompatibilis, vacat beneficium prius, à fortiori vacabit ius ad illud. Multò enim fortius est ius in re, quam ius ad rem, & facilius hoc de-

perditur, e. quemadmodum, de iure iur. 1. feruus, cum ibi notatis. C. de pactis. Et probat bene Nauar. c. si quando, exceptione 6. nu. 1. de rescrip. Sic gloss. c. vnico, verb. clericalis, de cleric. coniug. num. 6. & ibi Ioan. Andri. n. 3. vers. in glossa huic ergo. Anchar. nu. 7. q. 2. Dominicus in princ. n. 6. Philippus Probus ibi, in addit. ad Monachum num. 16. Anton. c. 1. n. 7. de clericis coniugatis. Henric. c. quod à te, nu. 5. eodem tit. Tiraque. de retractu lignagier. §. 26. gloss. 2. in. 9. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 5. Iulius Clarus lib. 5. receptarum, in practica criminali. §. finali. q. 73. n. 5. Flaminus de resignat. benef. lib. 1. q. 1. nu. 14. Salzedo addit. ad Bernard. Diaz in practica. c. 80. §. admittit etiam. Zuallos in suis quaest. pract. q. 147. n. 1. Humada addit. ad h. 4. tit. 6. p. 1. gloss. 2. nu. 2. Azor lib. 3. institutionum moralium. cap. 13. q. 8. Ludovicus Lopez. 2. p. instruct. vbi de matrim. c. 49. col. 7. Et neminem discrepantem inueni.

Sed quid, si illegitimus, aut aliis inhabilis impetraret dispensationem ad obtinendum beneficium, aut quilibet alius ad plura beneficia, eaque impetrata, transiret ad nuptias, an illa dispensatio cassata fiat, ita vt dissoluto matrimonio, ei minime prosit? Philippus Probus additionibus ad Monachum, cap. vnico de cleric. coniug. in. 6. 3. num. 6. latissime defendit extingui dispensationem hanc. Quia per matrimonium extinguitur omne ius ad beneficium, eò qd sit status incompatibilis cum beneficio. Extinguitur ergo similiter dispensatio ad obtinendum beneficium. Secundò, quia privilegium ratione officii concessum extinguitur cõ officio iuxta doctrinam Bart. l. maximam. C. de executione muner. lib. 10. Tertiò, quia cõcessio facta intelligitur rebus in eodè statu durantibus. Vt tradit Monachus. c. statutu. m. c. 1. 2. nu. 9. de h. re. in. 6. Quarto, quia mutatione personæ mutatur privilegium. l. per procuratorem. 89. alia incipit, Paulus. ff. de acquirend. h. re. d. ibi, Castrensa esse mutatione persona de herent.

Sed existimo eam dispensationem minime extingui, atque ita soluto matrimonio posse virtute illius obtineri beneficium, aut plura illa beneficia. Ducor, quòd per dispensationem nulli ius acquiritur, nec in re, nec ad rem, sed tantum amouetur impedimentum, quòd in capaxem, & inhabilem quempiam reddebat: & manet subinde capax, & habilis. Vt optime docet Mo-

nachus. c. de filijs presbyt. in. 6. num. 12. Et fatetur Philippus Probus addit. ad Monachum. c. vnico, de cleric. coniug. in. 6. nu. 30. At matrimonium non aduersatur omnino capacitati, & habilitati prius obtentæ ratione alicuius impedimèti ad beneficium: sicut nec aduersatur capacitati naturali, quam habet ad illud, qui nullo impedimèto canonico laborat. Alias nullus coniugatus esset capax beneficij, vxore mortua. Atque ita est apertum discrimen inter ius ad rem, vel in re, & habilitatem ad beneficia. Prioribus enim iuribus aduersatur matrimonij status, estque incompatibilis, ac proinde eo assumpto, tacite illis renunciatur. Secus autem de habilitate. Præterea, quia per dispensationem semel ablatam est impedimentum, & ille habilis effectus est: ac dispensatio factum omnimodum fortitè est effectum, qui non est, ius aliquod ad beneficium præbere, sed solum auferre impedimètu, quòd habilitati naturali obstabat. Quæstio ergo potest per matrimonium impedimentum id semel omnino extingui reuiuiscere? Nec obstant argumenta contraria. Non primum, iam enim ostensum est discrimen. Non alia tria. Quia dispensatio illa suum omnino effectum cõsequuta est, nimirum, auferre impedimentum: atque ideo ex nullo futuro euentu pendet.

Ex dictis deducitur primò clericu contrahentem matrimonium, nullatenus posse retinere priora beneficia, sed teneri statim ea dimittere. Quòd eò ipso vacent. Ita Nauar. summa. c. 25. Hispan. n. 119. Latind. n. 120. Angelus verb. apostasia. nu. 2. & verb. clericus. §. num. 1. Sylu. verb. apostasia. q. 3. in. 8. fine. & verb. clericus. 2. num. 2. vers. peccat verò in illis. Maiolus lib. 1. de irregul. c. 34. n. 5. Toledo lib. 4. summae. c. 18. nu. 4. Manuel. 1. tomo summae. 2. editione. c. 30. n. ultimo. Ludovicus Lopez 1. p. instruct. c. 256. columna. 4. §. insuper & circa fructus. Quare peccaret mortaliter retinendo. Esset enim iniustus rector rei non sue, & in re grauissima. Et ita tradunt Angelus, & Sylu. duobus locis allegatis. Nauar. Toledo ibidem.

Secundò deducitur posse statim eius beneficia tanquam vacantia impetrari, ac alteri conferri. Quia inito matrimonio, nõ iure, sed solo facto possidet. Sic Anchar. c. quod à te. n. 4. de cleric. coniug. Azor lib. 3. institutionum Moralium. c. 8. q. 3.

Tertiò infertur, teneri hunc si beneficium retineat, ad restituendos omnes fructus

le post matrimonium initum perceptos. Quia iniuste occupat beneficium, quod non est suum. Ita Azor nu. precedenti allegatus. Vega. 1. tomo. summe. c. 36. casu. 20. §. a lo quarto.

13 Quarto deducitur, non posse hunc matrimonio iam contracto, resignare beneficium in fauorem tertij. Constat ex dictis n. 2. Et docent Bernardus Diaz, & Zauillos ibi allegati. Flaminius libr. 3. de resign. benef. q. 1. n. 28.

14 Quinto deducitur, coniugatum esse incapax obtinendi beneficij. Quod omnes nemine discrepante admittunt; & solū dissentiunt circa facultatem dispensandi in hoc. (Vt vidimus. n. 17. & 18.) Et ratio est manifesta: quia laicus est beneficij incapax. c. cum adeo, de rescript. quod adeo est verum, vt quauis ad plurimos iuris effectus proximè accingendus habeatur pro accincto: ad beneficium obtinendum, non sufficit quempiam habitum clericalem gestantem, animum habere statim obtento beneficio assumendi ordinem clericalem, sed hic ordo debet necessariò precedere. Vt contra Glos. c. 2. de instit. in fine, docet Abbas. c. ex litteris. n. de transact. Felin. c. cum adeo. n. 4. de rescript. dicens omnes ibi id tenere, & multa ad id probandū congerens. Lambertinus de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 7. ar. 29. n. 9. & 10. Mandosius regula. 24. Cancellaria. q. 4. nu. 12. Et multis alijs citatis Zauillos in suis quaest. practicis. q. 523. nu. 2. At coniugatus reputatur in omnibus laicus, præter sola priuilegia canonis, & fori, & hoc seruatis quibusdā conditionibus. (Vt latè dicemus disput. 46.) Est ergo beneficij incapax. Insuper id constat ex c. 2. de cleric. coniugatis. ibi. *Proindeas attentius, ne deinceps clericus coniugatus ad beneficia Ecclesiastica, aut sacros ordines, vel administrationes Ecclesiasticas admittatur.* Tandem quia cum coniugatus beneficia antea habita amittat, à fortiori erit incapax ad noua acquirenda. Multa enim impediunt, que non eiciunt. c. quemadmodum, de iureiurand. Quare si beneficium conferretur clerico coniugato, collatio esset nulla, tanquam incapaci facta. Vt bene docent Anton. c. de diuersis. num. 7. de clericis coniugatis, & ibi Anchar. nu. 6. Immo. n. 5.

15 Immo quauis aliqui inhabiles, vt excommunicatus, & irregularis obtinere beneficium, iuuatur regula de triennali, at quia non possunt molestari, postquā trienio

pacifè possederunt beneficium. Vt contra Rebusf. de pacificis possess. nu. 126. & multis subsequentibus, docent Paris. conf. 96. nu. 2. volum. 4. Philippus Probus additione ad Cosmam in pragmatica Sanctio. tit. de pacificis possessoribus, super. verb. molestari, gloss. 3. Ludouicus Gomez regula de triennali. q. 26. §. quibus non obstantibus, & q. 27. Nauar. c. si quando, exceptione 10. n. 9. de rescript. At coniugatus obtinens beneficium non iuuatur ea regula, sicut nec laicus. Est enim quoad hoc omnino vt laicus. (Vt num. precedenti diximus. Et ita tenet Rebusf. de pacificis possessoribus. n. 187. sine. Ludouicus Gomez regula de triennali. q. 26. §. sed breuiter. Et ratio differentia est, quòd excommunicatus, & irregularis non sunt omnino incapaces beneficij, quauis enim illud eo tempore obtinere nequeant, at antea obtento non priuantur, sed retinere illud possunt. At laicus, & clericus coniugatus nullatenus possunt beneficium aut acquirere, aut acquisitionem ante matrimonium retinere.

16 Temperanda tamen est hæc incapacitas clericis coniugatis ad obtinendum beneficium, iuxta decisionem. c. 2. de cleric. coniugatis. ibi. *Ne deinceps clericus coniugatus ad Ecclesiastica beneficia, vel sacros ordines, aut administrationes Ecclesiasticas admittatur, nisi forte castitatem voverit perpetuam, & qui vnicam, & virginem habuisset uxorem.* Qui textus non modicam habet difficultatem. Nam intellectus vt prima facie sonat, euidens contineret absurdum. Maneret enim in coniugio cum voto castitatis, vt pote quod non præiudicat vxori, sed solum vouerit iure petendi debiti priuat: & beneficium Ecclesiasticum possideret. Quare inuestiganda est intelligentia textus. Glossa ibi, verb. castitatem, intelligit, quādoambo coniuges communi cōsensu vouerent castitatem, si esset vxor senex, & ipse quoque: aut si iuuenes transirent ad religionem: & addit posse dici vt ipsamet dicit. c. coniugatis, de conu. coniug. verb. continentia, vbi in fine concludit, satis esse vtrū continentig. vtriusque in seculo. Et hæc posterior expositio sequitur Innoc. ibi, nempè, c. 2. nu. vnicò. Sed priorem sequitur Host. ibi, nu. 1. explicans, vxore consentiente, & habitum mutante, si suspensa sit. Et clarus Anton. ibi, n. 7. dicens eum textum intelligendum esse, iuxta decisionem. c. cum sis, & c. coniugatis, de

conuersi coniug. Vt si vxor senex sit, satis votum calitatis: si autem iuuenis, exigatur ipsius professio. Abbas eo. cap. 2. nu. mer. 3. satis diminate loquutus est, solum enim dixit, vxore mortua, vel consentiente. Et non potest intelligi textus, vxore mortua. Quorum enim tunc exigendum esset votum castitatis à viro, vt beneficij capax esset. Cum iam omni impedimento careat, nec à non coniugatis id votum petatur? Cardin. eo. cap. 2. quaest. 1. & Anchar. numer. 4. explicant, si vxor profiteatur continentiam. Rebusf. praxi beneficiorum, regula de publicandis resignat. gloss. 18. num. 45. explicat, si vterque vouerit castitatem perpetuam, & ingressus fuerit religionem. Ego existimo mentem horum Doctorum esse, vt textus intelligatur, nisi vir legitime ad ordines promotus fuerit. Tunc enim est beneficij capax: cum matrimonium sit solum quoad vnum, & cohabitationem. Quare iuxta varietatem sententiarum diuersa petentium quoad hoc, est diuersa modè iudicandum. Qui enim solum petunt votum castitatis vxoris qualicumque ætatis, vt vir legitime ad sacros ordines ascendat solum id petunt, vt obtineat beneficium, postquam promotus fuerit ad ordines sacros. Et ita procedit opinio posterior. Glossæ, & sequaci. Qui verò distinguunt, an vxor sit iuuenis, an senex, & priori casu petunt ipsius professionem, posteriori autem solum castitatis votum, id quoque in hoc euentu dicent. Et ita procedit prior expositio Glossæ, & sequentium ipsam. Et intelligendus erit textus de cap. iuxta hanc distinctionem. Quare cum hæc distinctionem amplexus sim hoc lib. disp. 39. num. 6. dicendum est, tunc coniugatum capax esse beneficij, quando legitima vxoris licentia obtenta ad sacros ordines promouetur, ipsa sene promittente continentiam, aut iuuenes proficiente religionem: vel est in via ad ipsos, quia precedenti hoc in vxore, minoribus voto castitatis emissio initiatur. verbo continentia, vbi in fine concludit, satis esse vtrū continentig. vtriusque in seculo. Et hæc posterior expositio sequitur Innoc. ibi, nempè, c. 2. nu. vnicò. Sed priorem sequitur Host. ibi, nu. 1. explicans, vxore consentiente, & habitum mutante, si suspensa sit. Et clarus Anton. ibi, n. 7. dicens eum textum intelligendum esse, iuxta decisionem. c. cum sis, & c. coniugatis, de

dicemus libr. 10. disputatione. 11. nu. 16. Tandem est difficultas, quis possit dispensare cum coniugato hoc non prestitis que num. precedenti diximus, vt possit obtinere beneficium. Quidam enim distinguunt inter beneficium simplex, & curatum, vt hoc sola Pontificis dispensatione obtinere possit clericus illud autem Episcopo dispensante. Probatur ex capit. Ioannes, de cleric. coniugatis, vbi dicitur non cogendum fore coniugatum ad defendenda habitum, & tonsuram, dūmodo nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum. Supponit ergo posse id ex Episcopi dispensatione obtinere. Deinde, quia dispēsat in beneficio simplici cum homicida, & irregulari. c. Henricus, de cleric. pugnante. in diu. ca. ad audientia, de homicid. Et cū deposito. c. Saloniæ. d. 63. qui sunt casus grauiores. Et idē huius sententiæ sume Speculator. tit. de dispensat. §. nunc de Episcopo. pōrū. n. 4. vers. 25. Host. summa. tit. de cleric. coniug. n. 1. vers. vtrū autem. Idē Host. c. 2. n. 1. de cleric. coniug. vbi Ioann. Andreas. n. 1. Anchar. n. 2. Card. statim in principio. opposit. 1. Immo. n. 2. Idem Host. c. cum decorem. nu. 2. & cap. diuers. numer. 8. eod. tit. Anton. eod. cap. diuers. num. 7. & d. c. Ioannes. num. 6. Anchar. eo. c. diuers. n. 7. & ibi Henric. referens Goffredū, & Philippum. n. 3. & ibi Immo. n. 3. & c. 1. eod. tit. n. 4. Limitant tamen Immo, Host. Anton. Anchar. Henricus, in aliquibus ex locis proximè citatis, nisi beneficium illud simplex sit dignitas. Tunc enim solum Pontificis erit dispensare.

18 Sed multò verius est, solum Pontificem posse dispensare, vt coniugatus qualecunque beneficium obtineat. Ducor ex cap. diuersis, de cleric. coniugatis, vbi iubetur Episcopo, vt clericos coniugatos beneficij post coniugium adeptis priuet: & statim additur sic. *Nisi forte talibus scienter cōtuleris Ecclesiastica beneficia, quibus eos non per te, sed per superiorem decernimus spoliandos.* Ergo non satis est dispensatio Episcopi. Aliàs non esset illi spoliandi beneficij ab Episcopo collatis. Deinde, quòd clericus coniugatus cōtetur in omnibus merè laicus, præter quam in priuilegio canonis, & fori. (Vt disput. 46. probauimus.) Laicus autem est incapax beneficij Ecclesiastici, & contra canones est ei illud conferre. eum adeo de rescript. At Episcopus non dispensat contra canones, nisi sibi expresse concedatur. Vt committere notatur, c.

at si clerici. §. de adulterijs, de iudic. Cùm ergo hoc non sibi expresse concedatur, nõ poterit dispensare. Et confirmatur, quia expresse Episcopis interdicitur conferre beneficia coniugatis. c. 2. & c. diuersis, de cleric. coniugatis. Non ergo ipsorum est, in hoc dispensare. Præterea, quia clerico coniugato non permittitur administratio Ecclesiastica. c. 2. de cleric. coniug. Non ergo erit capax ex Episcopi dispensatione beneficij. Hoc enim quantumvis simplex sit, datur ratione administrationis, vel officij Ecclesiastici. cap. proposuit, de filijs presbyt. c. cõquente, de cleric. nõ resid. Tandem, quia rationes propositionis. n. præcedenti, quibus contraria sententia innititur, parum vrgent. Nam c. Ioannes de cleric. coniug. supponit clericum coniugatum posse aliquando habere beneficium. At cùm nõ declarat modum, intelligi debet ex legitima Pontificis dispensatione. Nec vrget etiam secunda ratio. Quia (vt bene ait Abbas statim allegandus,) in materia dispensationis, que est exorbitans, non valet argumentum à casibus permisis ad nõ permisos, etiam si permisi maiores sint. Et ideo hanc partem tuetur Egidius, & Florianus, quos refert dicens esse tutiorem Immola, c. Ioannes. n. 9. de cleric. coniug. Et videtur eam clarè supponere Gloss. ibi, verb. beneficium, vbi illum textum supponentem posse coniugatum habere beneficiũ, explicat ex Pontificis dispensatione. Eandem videtur tenere ibi Ioannes Andreas. n. 12. refert enim vtramque sententiam, & hanc in vltimo loco. Eandem tenent Abb.

DISPVT. QVADRAGESIMATERTIA.

An per contractum matrimonij irritum amittat clericus ipso facto beneficia Ecclesiastica?

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia. n. 1. & 2.
Proposuit sententia Authoris. n. 3.
Quid quando matrimonium est irritum, quod contrahens sit in factis. n. 4.
Quid, si contrahens sit in minoribus, & matrimonium non valeat ob consanguinitate, aut aliud impedimentum dirimens. n. 5.
Quid, si sit nullum ex defectu requisitæ numer. 6.
Quid, vbi est nullũ ex defectu consensus: quia

eo. c. Ioannes. n. 7. Selua beneficiũ. r. p. q. 7. n. 17. & 18. Benedictus Capra regula 97. n. 33. Angel. verb. beneficium. nu. 15. vbi Armilla nu. 19. Sylu. verb. beneficium. 3. q. 4. n. 8. Tabiena beneficiũ. 2. q. 12. n. 14. Archid. c. placuit. n. 3. d. 3. 2. Card. de c. Ioannes. n. 5. oppositione. 2. Bermondus de publicis concubinarijs. §. qui verò solutus est, si continere nolit. n. 1. Alexander Carrer. lib. 3. de sponsal. c. 3. Flaminus de resign. benef. lib. 4. q. 2. n. 28.

Ad argumenta. n. 3. proposita respondeatur. Ad primũ die id procedere, vbi priuatio beneficij incurritur in delicti poenam. Quod hic nõ cõtingit, vt. n. 4. explicui. Ad secundũ die, eos textus non decernere cõpellendos esse clericos cõiugatos ad beneficia dimittenda, quasi ea non vacarint ipso iure: sed quia ipso iure vacabant, spoliandi sunt possessione, quam iniuste retinebant. Ad tertium die id intelligi, quãdo quis à beneficio excluderetur ob inhabilitatem: at hic excluditur ob tacitam renuntiationem. Ad vltimum die, eos textus esse hodie correptos: vt docent Glossa cap. 1. verb. relinquenda, de cleric. coniug. Et ibi Innoc. n. vnico. Hostiens. n. 1. Abbas. nu. 2. Vel dicillud factum fuisse ex misericordia: vt dicunt iidem Doctores. Vel (vt dicunt Innoc. & Hostiens.) fuit dispensatio. Vel tandem (vt ait Abb. ibidem,) potest intelligi, vt habeant predicti clerici coniugati aliquid ab Ecclesia in stipendium, si pauperes sint, non tamen in titulum. Quod & hodie seruari posse affirmat.

alter, vel vterque contrahens sit de consensu, aut vtri ob constantis meriti: vel alter m̄tis compos non fuit. n. 7.

Quid, quando est nullum, quia clandestinũ. n. 8.
An quoties matrimonium est nullũ, possit clericus resignare beneficiũ in fauorẽ alterius. n. 9.

Soluntur argumenta. n. 10.

Disputatio hæc grauissima est, ac varijs in euertibus, ob quos matrimonium potest esse irritum, diuersimodè loquuntur

Autho-

Autores. Qua breuitate autè, & claritate potuero, ab illa me expediam. Generaliter autè loquendo, est triplex sententia. Prima nõ admittit eã regulam, vt in omni euertu, in quo matrimonium est irritum, beneficia nõ vacent ipso iure, sed necessaria sit sententia iudicis priuatis: sed in quibusdã casibus, in quibus est irritum, dicit vacare ipso iure: in quibusdã autem negat. Et circa hos casus valde varij sunt Doctores huius sententia. Quæ varietas constabit ex corollarijs inferendis. n. 4. & sequentibus, vbi & Auctores vnusquisq; casus referat. Ducitur autè hæc sententia. l. ex. c. nuper, de bigamis, vbi clericus in sacris cõstitutus, qui ante ordinẽ assumptum fuerat coniugatus, ac mortuus vxore trãsit ad ordines, reputatur bigamus, & vt talis punitur, si ordine sacro iam assumpto transeat de facto ad aliud matrimonium. Et redditur ibi ratio, quod quãtũ in ipso fuit, secundam duxerit vxorẽ. Et melius. c. et. qui, de præb. in 6. decernitur textus. c. relatum, de cleric. non resid. & c. cùm singula, de præb. in 6. decidenter per secundi beneficij adeptionem, si curatum sit, vacare primum curatum ipso iure, procedere quamuis irrita sit adeptio secundi: ac redditur ratio his verbis. *Non enim decet vt stultus melioris, quam peritus condicionis existat, vel quod inuasor eo, qui in se ingrediatur, priuilegio gaudeat potiori.* At in nostro casu militat profus ratio vtriusque textus. Si enim iuste intens matrimonium amittit eò ipso beneficia, à fortiori illud amittet inuasor, qui iniuste, & irritè illud iniuit: cùm quantum in se est, statum incompatibile assumere voluerit. Aliàs potiori priuilegio gauderet inuasor, contra. d. c. eum qui. Secundo, quia ratio vacationis beneficij prioris curati per posterioris adeptionem, ea est, quod adipiscens beneficium incompatible censatur primum tanquam delictum habere. Sicut duo contraria quia simul stare nequeunt, se expellunt. Quæ est etiam ratio vacationis beneficiorum per validum matrimonium. Est enim tacita renuntiatione per statum incompatible cum beneficijs assumptum. Sicut ergo satis est in priori casu ad vacationem, vt clericus quantum in se est, acceptet beneficium incompatible, quamuis irrita sit collatio. Ita sufficiet in posteriori, vt quantum in se est clericus elegerit statum matrimonij incompatible. Quamuis ex aliqua causa id irritum fuerit. Tertio, quia cap. quanto, de tran-

latione Episcop. habetur Episcopum transfereantem se ad aliam Ecclesiam, carere habita, & ambita. Ita ergo in presenti in odium huius, qui de facto matrimonium contraxit, consurgit effectus vacationis beneficiorum contra eum, ac si matrimonium valuisset. Tandem, quia sponsalia irrita præterquam ex defectu consensus, attentio iure antiquo producebant iuris effectum, nimirum, impedimentum publicæ honestatis matrimonium dirimens, cap. vnico, de sponsal. in 6. Non ergo mirum esse debet, si matrimonium irritum inducat vacationem ipso facto beneficiorum. Et hæc sententia est valde probabilis.

Secunda sententia ita distinguit. Si matrimonium irritum contrahens, sit illius nullitatis conscius, beneficia non amittit, donec condemnetur: secus si ignarus sit. Ducitur, quia ratio huius amissionis est, tacita renuntiatione collecta ex contrahentis voluntate, eò quod statum cum beneficio incompatible assumat. Quod quantum in se est, efficit putans matrimonium irritum quod inuit, esse validum: secus de sciente irritum esse: non enim statum incompatible assumere vult, sed de ledere alterum contrahentem. Ita docent Immola clem. gratia. nu. 25. de rescript. & ibi Benedictus Capra in quadam repetitione. n. 45. Philippus Probus addit. ad Monachum. c. vnico. n. 15. & 16. de cleric. coniug. in 6. Decius. consil. 166. nu. 1. vol. 1. & est etiam valde probabilis.

Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhaereo,) generaliter asserit, quomodo docent; & ex quacũque causa matrimonium sit irritum, non amitti beneficia ipso iure, sed in delicti poenam, sententia iudicis accedente, contrahentem priuandũ esse. Du cor primo, quia aut hic amittit beneficium in poenã delicti, & tunc existit sententia: aut ex tacita renuntiatione, non habita ratione status incompatible assumpti, & hoc etiã non, quia tacita renuntiatione nõ potest maioris esse virtutis, quam expressa (vt probat disput. 37. num. 34.) At renuntiatione expressa non inducit beneficij vacatione, nisi fiat in manibus Episcopi, vel superioris. c. nisi cùm pridem. c. admonet. c. quod in dubijs, de renunciat. Vel tandẽ ex tacita renuntiatione, cum assumptione status incompatible. Et hoc etiã non habet locum. Quia verè non assumitur status incompatible: nec voluntas assumendi quantum

V

in

in se est, & proinde dimitte dū beneficiū, sufficit: sicut nec renunciatio expressa nō facta in manibus superioris legitimi sufficeret. Secundo, quia nō prae stat impedimentū, quod de iure nō fortitur effectū, regulā, nō quod fiat, de regulis iuris, in 6. & quod nullū est, nullū potest producere effectū l. 4. §. condēnatus. ff. de sententia, & re iudic. nec est considerabile, vt bene tradunt Flamin. de resignat. benefic. lib. 11. q. 6. nu. 118. & Parisius per ipsum allegatus conf. 109. n. 1. vol. 3. & nulla ac non facta parificatur. c. proueniens de filijs presbyt. & notat Doctores. c. in presentia, de probat. & Flaminius de confidentia beneficiorum q. 46. nu. 30. Cū ergo id matrimonii irritū sit, non inducit iuris effectū, nec ad id erit in cōsideratione. Si quidem nullus textus inuenitur disponens in hoc euentu, solam attentionem facti sufficere. Nec id in alijs euentibus dispositū esse sufficit. Hęc enim poenalia non sunt extendenda: maxime cū in contrarium extent omnia iuris principia clamantia, quod irritū est nullum producere effectū. Aliās posset argui, in iustū occisorem ferre putantis esse hominem sibi inimicū, esse irregularem. Quia iustus occisor veri hominis est irregularis; & nō debet esse peioris conditionis, quā iniustus, qui quantum in se est, & ex parte suae voluntatis interfecit, & apud Deū est reus veri homicidij. Tandem, quia multi Doctores (vt nu. sequenti videbimus) asserunt initiatum sacris contrahentē matrimonium, quod reuera est irritum, & valde sacrilegum, non amittere beneficia donec condemnentur. Et non potest congrua discriminis ratio assignari, cur ob id impedimentū existenti irritū matrimonio non amittantur beneficia: at vacet quando est irritum ob impedimentū consanguinitatis, & ob cætera dirimentia. Quia in omnibus illis verē non est assumptus status in cōpatabilis, sed sola voluntate cū ipso facto irritū: & procedit eadē ratio: nimirū, ex parte sua illum assumpsisse statum incompatibilem: & si non perdat ipso facto beneficia, erit utiq; iniustus portioris cōditionis quā iustus, qui legitimum matrimonium iniit. Et cōfirmatur, quia impubes volens verē cōtrahere matrimonii, illudq; contrahēs, at irritum, quod malitia non suppleat ætatem, minimē amittit beneficia (vt ex omnium ferē sententia dicemus:) cū tamen factū ipso quantum ex parte suae voluntatis est, verē cōtraxerit matrimonium, nec

illud caruit omnino effectu: induxit enim sponsalium obligationem. c. vnico, de desponsal. in pub. in 6. Ergo ad fortiori matrimonium profus irritum, nullamq; vim obligandi habens non inducet beneficiorum vacationem. Et ideo huius sententia fuit Ioannes de Lignauo. c. 1. de sponsal. in 6. Cardin. ipsum referens clem. gratia, num. 10. q. 17. de rescript. Decius consil. 166. in fine, volumin. 1. nam licet prius distinxerit (vt retuli nu. præcedenti,) at tadem ommissa ea distinctione hanc partem amplectitur tanquam veriore.

Hinc primò deducitur, quid dicendum sit quando matrimonii est irritū, eò quod contrahens sit in sacris constitutus. Quidam (& satis probabiliter) asseruerunt, ipso iure absq; alia sententia perdit beneficia. Ducuntur argumentis. n. 1. propositis. Ita docent Abbas. c. 1. nu. 7. de clerici. coniug. & ibi Card. n. 2. q. 1. & c. Ioann. eodē tit. n. 8. q. 11. Anchar. eo. c. 1. n. 2. notabili. 2. & c. vnic. eodem tit. in 6. n. 5. q. 2. Roman. consil. 483. nu. 6. Staphil. de liceris gratia, vbi de varijs vacationis modis, quinto vacationis modo. n. 8. Aimon de antiquitate. 4. p. §. videamus. n. 14. Aufreus de cōfessione Capellæ Tholosanæ. 240. nu. 4. & 5. Montal. l. 4. 1. glossa vnic. tit. 6. p. 1. Sylu. clericus. 2. nu. 2. vers. peccat verò in istis. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. nu. 4. fin. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum, tit. 12. num. 215 Azor lib. 13. institutionum moral. c. 13. q. 6. Zuallos in suis quæst. practicas. q. 147. n. 5. & dubius cogitan dū relinquit Gygas de pensionibus. q. 5. 4. n. 6. & 11. & idē tenet cū hac limitatione, si copula fuit subsequuta Humad. l. 41. gl. 2. n. 3. tit. 6. p. 1. At contrariū est probabilius, nimirū, non vacare beneficia ipso iure, sed desiderari sententia. Quod probatur rationibus. n. præcedēti adductis. Præterea ex c. 1. de cler. coniug. vbi de clericis minorū ordinū ducentibus vxores, deciditur vxores retinēdas, beneficia autē dimitte dā: & statim fit sermo de cōstitutis in sacris transuentibus ad matrimonii, & solū dicitur vxores dimitte dā, & ita tenent Ioann. Andr. c. Ioann. 23. de cler. coniug. & ibi Anton. nu. 19. fin. Anchar. n. 14. Immo la. n. 24. idē Anton. c. 1. in fin. eodem tit. & ibi Immo la. fin. Henricus cap. diuersis, nu. 11. eodem tit. Francus. c. vnic. in principio, nu. 4. eod. tit. in 6. Rofella clericus. 4. nu. 22. Sylu. beneficium. 3. q. 22. Tabiena beneficium. 2. q. 12. n. 14. Armilla, verb. beneficium. n. 20. Bermondus

de publicis concubinarijs. §. qui verò solutus est, si continere nolit, numer. 2. Nauar. summa cap. 27. Hispanē, num. 1. r. latinē, n. 120. Gregor. Lopez. l. 41. verb. el beneficio tit. 6. par. 1. & manifestē videtur idem sentire ea lex. Antonius Grabatius addit. ad consil. 166. Decij, volum. 1. littera. A. Iulius Clarus lib. 5. receptorum. §. finali, in practica criminali, quaest. 73. nu. 5. Mascardus de probat. conclus. 182. num. 6. & ex Theologis, Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 36. numer. 1. in commento, littera. G. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione, cap. 30. numer. vltim. Emmanuel Sa summa, verb. beneficium, numer. 24. Ludouicus Lopez. 1. par. instruct. cap. 256. columna. 5. §. at si de constituto, & 2. par. vbi de matrimonio. cap. 49. columna. 8. immediatē ante titulum de impedimento consanguinitatis. Vega. 1. tomo summa. cap. 36. casu. 20. in fine.

Secundò deducitur, quid dicendum quando contrahit matrimonium irritū ob consanguinitatem, vel aliud impedimentum dirimens, is qui solis minoribus ordinibus est initiatus. Communis ferē omnium sententia asserit, nulla expēdita iudicis sententia vacare ipso facto beneficia. Quod cum ille fit habilis ad contrahendum, videtur velle efficiatē mutare vitam, & ad subinde beneficia dimittere. Ita docet Brienensis, quem referunt, ac sequuntur, Ioannes Andr. cap. 1. num. 2. & cap. Ioannes, nu. mer. 23. de cleric. coniug. Anton. eod. cap. Ioannes, numer. 19. Abbas. d. cap. 1. num. 7. Cardin. ibi. in fine: & d. cap. Ioannes, numer. 8. quaest. 11. Anchar. ibi. numer. 14. & d. cap. 1. numer. 2. Immo la. d. cap. Ioannes, nu. 24. Henricus cap. diuersis, numer. 11. & cap. quod ad te numer. 5. eodem. tit. Francus cap. vnico, in principio, numer. 4. de cleric. coniug. in 6. & ibi Anchar. num. 5. quaest. 2. Romanus consil. 483. num. 6. Iafon. l. vbi pactum, num. 25. C. de transact. Rebuffus praxi benefic. regula de publicandis resignat. gloss. 18. num. 45. Aufreus de cōfessione Capellæ Tholosanæ. 240. nu. 5. Rofella, verb. clericus. 4. nu. 22. Angelus clericus. 5. nu. 1. Sylu. verb. clericus. 2. num. 2. vers. peccat verò in istis: & verb. beneficium. 3. q. 22. Tabiena, verb. beneficium. 2. q. 12. nu. 14. Armilla, verb. beneficium, numer. 20. idem Rebuffus de pacificis possess. nu. 187. Gygas de pensionibus. q. 54. n. 11. Bernardus Diaz in addit. ad Ioannem Lupum, rubrica de donat. in

ter vir. & vxor. §. 5. addition. 2. vers. adde, hoc procedit. Nau. sum. c. 25. Hispanē, nu. 119. latinē. n. 120. Staphil. de litteris gratia, vbi de varijs vacationis modis, in quinto vacationis modo. nu. 9. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 4. Tiraquel. de retractu ligagier. §. 1. 6. gl. 2. nu. 9. Gregor. Lopez. l. 41. verb. el beneficio, tit. 6. p. 1. Minchaca de successione creatione, lib. 3. §. 22. nu. 47. Ancon. Cuc. lib. 5. instituit. maior. tit. 12. n. 226. Perez lib. 5. ordinam. tit. 1. l. 1. fol. 5. vers. quero, clericus quid. Anton. Gabr. tom. 1. communium, in mea editione, lib. 3. fol. 108. verb. clericus beneficarius. Flaminus de resignat. benefic. lib. 1. q. 1. num. 12. Salzedo addit. ad practica Bernard. Diaz c. 80. verb. sit nulla. Zuallos in suis quæst. practicas. q. 147. nu. 5. & ex Theologis, Azor lib. 13. in iustit. moral. cap. 13. q. 6. & 8. Ludouic. Lopez. 1. par. instruct. c. 256. col. 5. §. interim isthinc pullular: & 2. p. instructio 113. c. 49. de matrim. col. 7. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione, col. 30. n. vlt. Vega. 1. tomo summa. c. 36. casu. 20. §. 1. lo quinto: Et dicunt Couar. Gregor. Lopez, Salzedo, Zuallos, hoc procedere, siue scienter, siue ignoranter id matrimonium in initium sitū Temperant autem Nauar. Azor. q. 8. Ludouicus Lopez in vtroq; loco, Manuel, in clericis verus contrahentis animus adfuerit. Alijs verò placet hæc distinctio, si clericus nouerat impedimentum, non vacant beneficia ipso facto, sicut si ignorabat. Quæ distinctio est conformis sententia; num. 2. supra allegatæ: vbi eius fundamentū propositū. Ita docēt Bernardus Diaz practica sua canonica, in noua editione. c. 80. n. 5. Bernodus de publicis concubinarijs. §. qui verò solutus. nu. 2. Iulius Clarus lib. 5. receptorum. §. fin. in practica crimin. q. 73. n. 5. Humada addit. ad. l. 41. gl. 2. num. 2. tit. 6. p. 1. Temperant autem Bermondus, Iulius Clarus, Humada, vt non vacent beneficia, quando scienter est cōtrahentem matrimonium, nisi copula subsequuta sit. Quæ omnia quāuis satis probabiliter dicta sint: at retenta nostra sententia, quam num. 3. propositimus, dicendum est beneficia non vacare, siue scienter, siue ignoranter id matrimonium contractum sit. Idq; probatur rationibus, & auctoritate Doctorū: vt ibi allegaui.

Tertio deducitur, quid dicendum sit quando matrimonium est irritum defectu ætatis, quod uterq; contrahens, aut alter sit impubes; nec malitia suppleat

atatem. Staphileus de literis gratiæ, vbi de varijs vacationis modis, quinto modo num. 9. ait posse non absurdè dici vacare beneficia, vteruis ex contrahentibus sit impubes. Quia clericus fecit quod potuit, & quantum in se est, habuit Ecclesiam pro derelicta. At communis, ac verissima sententia est, quando sponsus est impubes, minimè vacare beneficia. Quòd matrimonium id habeat vim sponsalium. c. vnico, de despons. impub. in 6. At per spòsalia non vacant (vt probavi disput. præcedenti, numer. 1.) Atque ita docent Ioann. Andr. cap. Ioannes, num. 23. de cler. coniug. & ibi Anton. nu. 19. Card. nu. 8. q. 1. r. Anchar. nu. 14. Immola. nu. 24. Abbas. c. 1. nu. 7. eodem tit. Henricus. c. diuersis, nu. 10. eodem tit. Philippus Probus addit. ad Monachum. c. vnico, n. 10. eodem tit. in 6. Staphileus. d. modo quinto vacationis. n. 6. Gygas de pensionibus. q. 54. num. 9. & à fortiori id tenentes quando spòsa sola est impubes, (quos statim referam) tenentur hoc asserere. Maior autem difficultas est, quando clericus erat pubes, aut femina cū qua contraxit, impubes. Nā Philippus Probus proximè allegatus asserit vacare. Quippe nō stetit pro ipsam clericum. Alijs hæc distinctio placet: vt non vacant beneficia, si pubes nouerat foeminam impuberè esse: secus si id ignorabat. Sic tradunt Minchinca lib. 3. de successione creatione. §. 22. nu. 47. sine. Salzedo addition. ad Bernardū Diaz in practica. c. 80. in fin. At dicendum est minimè vacare. Quia militat eadem ratio, solam enim sponsalium vim habet id matrimonium, iuxta decisionem. d. c. vnici, de despons. impub. in 6. Sic Ioan. Andr. Anton. Abb. Anchar. Cardin. Immola, Héricus, Staphilæus, nu. 5. Gygas proximè citati. Bernardus Diaz practica, in noua editione. c. 80. nu. 6. Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 3. nu. 4. Iulius Clarus lib. 5. receptorum §. finali, pract. crimin. q. 73. n. 5. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 13. q. 8. Ludouicus Lop. 2. p. infruct. de matric. c. 49. col. 7.

Quarto deducitur, quid sentiendum sit matrimonio existenti irritò defectu cōsensūs. Quod tripliciter euenire potest. Primo, quia alter contrahens non est mentis compos. Secundo, quia metu viri cōstātis cōsensit. Tertio, quia si cōsensum prestitit. Et generaliter quando matrimoniu fuit irritum defectu cōsensūs, quidam sic distinguunt. Si defectus cōsensūs fuit in vtroq; cōtrahente, aut in solo clerico, non

vacant beneficia. At si fuit in sola foemina apta ad matrimonium, vacant, secus si ea inepta erat. Quia quando fuit cōsensūs in clerico, & foemina si cōsensitens apta erat ad matrimonium, illud non fuit irritu ex parte voluntatis clerici. Sic Immolaclem. gratiæ, nu. 25. de rescriptis, & ibi Benedictus Capra in quadam repetitione. nu. 45. Philippus Probus addition. ad Monachū. c. vnico. n. 16. de cleric. coniug. in 6. Alij ita distinguunt, si defectus cōsensūs fuit in ipso clerico, nō vacant. Secus si fuit in foemina, quæ metu compulsā est, aut nō erat sanæ mentis. Sic Bernardus Diaz practica canonica, in noua editione. c. 80. nu. 5. Alij quando defuit cōsensūs in clerico, dicunt eū non amittere beneficia: nec amplius explicant quid sentiat, quado defuit cōsensūs in foemina. Sic Nauar. summa. c. 25. hispanè. n. 119. latinè. nu. 120. Azor lib. 13. institutionum moralium. c. 13. q. 8. Manuel. r. tomo summe. 2. editione. c. 30. n. vlt. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de matric. c. 49. col. 7. Sed dicendum est, ex parte vtriusus deficiente legitimo cōsensu ad valorem matrimonij requisito, non vacare beneficia. Quod maximè verum est in nostra sententia. Et potest probari rationibus pro ea adductis. n. 3. & insuper quando deficiet cōsensūs legitimus, quia vteruis contrahens non fuit sanæ mentis, aut metu viri cōstātis coactus est, nō vacare beneficia, docent Ioannes Andr. Ioann. n. 23. de cleric. coniug. & ibi Anton. n. 19. Anchar. nu. 14. Immola. n. 24. Abbas. c. 1. nu. 7. eodem tit. Henric. c. diuersis. num. 10. & 11. eodem tit. Gygas de pensionibus. q. 54. n. 9. & 10. Staphil. de literis gratiæ, vbi de varijs vacationis modis, quinto vacationis modo. n. 7. & n. fin. & quando defectus cōsensūs prouenit ex amentia alterius contrahentis, concordat Cardinalis. d. c. Ioannes num. 8. q. 11. & constat, quia non amitteret beneficium, si contraheret eum dementi foemina, aut mortuæ licet discrepet, vbi cōsensūs non fuit legitimus ratione metus, dicit enim amitti beneficium, at subue niri adione quod metus causa.

Quinto deducitur, nō vacare beneficia, quado matrimonium est irritum, eò quod est clandestinum, nempe, non celebratum coram parochò, & testibus. Quod probatur ex rationibus, & Doctoribus. n. 3. allegatis, & docent Manuel. r. tomo summe. 2. editione. c. 30. n. vlt. Vega. 1. tomo summe. c. 36. casu. 20. §. à lo quarto.

9 Tandem deciditur, posse clericum resignare beneficium in fauorè cuiuscūque, post matrimonium à se contractū, quod ex quouis causa est irritum, antequā eo priuetur per iudicis sententiam: reuocata nostra sententia, iuxta quam nō vacat ipso facto.

Ar qui sustinent vacare, di duri sunt eum non posse resignare in fauorè tertij. Quod constat ex doctrina tradita disput. præcedenti, num. 2.

Ad argumenta. n. 1. proposita cōstat ex dictis. n. 3. in secunda, & vltima ratione.

DISP. QUADRAGESIMA QVARTA.

An per contractum matrimonij amittantur pensiones in star beneficiorum?

SUMMARIUM.

Resertur quadam opinio. n. 1.

Non vacant, quando datur laico pro ministerio temporali. n. 2.

Idem, quando Pontifex concedit laico pensionem, pro re in defensionem Ecclesie vtiliter gerenda, au gesta. n. 3.

Idem, si clerico concedatur pro ministerio temporali. n. 4.

Quando datur pensio titulo clericali, qualiter vacet. n. 5.

Quid, si tunc nullo onere spiritali adiecto constituta sit. n. 6.

Quid, ex pensionis assignatione colligatur mēs. n. 7.

Quid, si pensio assignetur à Pontifice alicui ex lege, vt possit eam retinere, si transeat ad ordinem militare, & professione legitime in eo emissa, in ear matrimonium: & ille proficiatur non transfacto anno nouitatus: an vacet illa pensio? Et an Tridentinum sess. 25. capit. 5. de regular. petens praemitteri ante annū nouitatus professioni valide procedat in his ordinib; militarib; n. 8.

An clericus coniugatus sit capax pensionis, in ista que assignetur ei à Pontifice abq; famularu professo Ecclesie. n. 9.

rali, vt pro pulsanis cāpanis, organis: non vacant per matrimoniu pensiones sic constitute. Quia sicut status laici non est cum ipsis incompatibilis, ita nec status coniugatus: aequè enim repugnat cum beneficio vterque status. Ita tenent Doctores. n. præcedenti allegati. Gygas de pensionibus. q. 54. num. 1.

Hinc fit, Pontifice concedente laico pensionem pro re in defensionem Ecclesie vtiliter gesta, aut gerenda, eā nō vacare per matrimoniu. Quod cōcessa fuerit pro ministerio temporali. Ita Couar. 4. decrer. 2. p. c. 6. §. 3. n. 6. Greg. Lop. l. 1. ver. et beneficium, tit. 6. p. 1. Salzedo addit. ad pract. Bernardi Diaz. c. 80. §. amittit etiam. Azor lib. 13. instr. moral. c. 13. q. 8. Ludouic. Lop. 2. p. instructorij, vbi de matric. c. 49. col. 7.

Idemque dicendum est, vbi pensio constituta esset clerico in minoribus ordinib; aut in sacris constituto, pro ministerio merè temporalis: vt quia est aduocatus Ecclesie, sacrista, pulsat organa. Quia ea pensio datur tãquam laico, & pro re merè temporali, & ideo eadem est ratio ac si conferretur laico, vt non vacet per matrimonium iure contractum, vt si clericus sit in minoribus; vel solo facto, vt si clericus sit in sacris. Ita Gygas de pensionib; q. 54. n. 3. & 6.



N hac difficultate sentiunt aliqui non vacare pensiones per matrimonij contractum, quando nō sunt assignate in beneficium Ecclesiasticu, sed pro officio, vel seruitio temporali. Sic citato Laurentio tradunt Cardin. clem. 1. §. eadem. q. 6. n. 5. de supplenda negligentia prælati. Et ibi Immola nu. 26. ver. ique- rō quot sunt species. Cacialupus tract. de pensionib; q. 15. Ludouicus Gomez reg. de annali possessore. c. 2. r. paulò post princ.

Prima tamen conclusio fit. Quando pensio datur laico: pro ministerio merè tēpo-

Secunda conclusio. Pensio alicui collata titulo clericali, vel loco beneficij, quod, vel cuius ius ad rem figurauit, vacat eodem prorsus modo per matrimonium, quo duplici disp. præcedenti diximus pro illud vacare beneficio: & ita ege de prorsus sunt opinionones circa illarū pensionū vacationē, vbi matrimoniu est irritu: quæ sunt circa beneficiorū vacationē. Ratio est manifesta, quia cum datur titulo clericali huiusmodi pensiones, per assumptionem status coniugalis in cōpatibilis cū beneficio, cesserit illis renūciari, sicut & beneficijs. Præterea, quia

beneficiorum loco subrogantur, at quod loco alicuius subrogatur, eius naturam sapit. l. si eum. §. qui in iurarij. ff. si quis caut. & ita docent Gygas de pensionibus, quaest. 74. n. m. 4. & sequentibus. Ioannes Baptista eodem tract. quaest. 20. Puteus decisione. 469. lib. 2. Ioannes Paulus decisione 188. lib. 2. Bermondus de publicis concubinaris. §. qui verò solutus est, si continere non sit. numer. 3. Couar. Iulius Clarus, Gregor. Lopez, Salzedo, Ludouicus Lopez ubi eos num. sequenti referam. Azor, nu. 3. allegatus. Flaminius referens diuersas Rotae decisiones lib. 1. de resignat. benef. q. 1. nu. 15. & lib. 6. q. 2. numer. 115. Zuallos in quaest. practis. q. 147. num. 3. Emanuel Sa summa verb. pensio. nu. 4. Nauar. e. quando, de consec. d. 1. c. 2. nu. 53.

Imò stylus curiae, qui facit ius. e. quàm graui, de crimine falsi, habet eiusmodi pensiones per matrimonium vacare, etiam si nullo spiritali onere, adiecto sint: constituta. Ita Couar. Gregor. Lopez, Salzedo, Ludouicus Lopez, num. 3. allegati, Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. finali, in practica criminali. q. 73. nu. 5.

Sunt tamen praedicta limitanda, nisi exteore literarum assignationis pensionis, apparet mentem Pontificis esse, pensionem illam durare toto vitae pensionarij tempore, etiam si vi laicus in posterum se habeat. Tunc enim ex eacta Pontificis voluntate non vacaret per matrimonij cōtractum. Sic Gygas de pensionibus. q. 54. nu. 4. fin. Ioan. Baptista Cacialpus eodem tract. q. 30. Couar. Greg. Lopez, Salzedo,

Sed dubitabis, quid si Pontifex referret pensionem alicui ea lege vt possit ea retinere, si ad ordinem militare transiens, ac legitime in eo professione emissa inear matrimonij, iuxta eius ordinis institutum: & hic ante annu nouitatus transacta professione facta, postea vxorē ducat, an possit pensionem retinere? Quæstio hæc pædet ex cognitione eius, an decretū Tridentini scilicet. c. 15. de regular. statuens nullā professionem validam esse nō præmissio integro nouitatus anno, locum habeat in his ordinibus militarijs, qui vitā in communi non transigunt, nec perfectā castitatem vouēt, sed cōiugalē. Si enim in illis locū habeat, amittet hic pensionem per matrimonij cōtractū, vt porē qui ante professionem legitime emissam matrimonij iniij, contra cōfessionis formā. Si verò non habeat locū,

non amittetur pensio: eō quòd professio valet, ac proinde forma seruata sit. Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 2. a. nu. 115. vsq; ad 120. ait occurrente hoc casu dubitatum fuisse de hac re, & resolutum fuisse, ac ita ipse quoq; resolutum non habere locū praedictum decretum in ordinibus militarijs. Tum, quia milites illorum non sunt in proprijsimo rigore loquendo religiosi: & quāda illos comprehendere voluit Tridentinum, fecit expressam de illis mentionem, vt sess. 25. de reform. cap. 18. tum etiam, quia eadem sess. 25. de regular. c. 16. loquitur continuatiuē ad cap. 15. praecedens, vt constat ex dictione, quoque, posita statim in principio, ibi. *Nulla quousq; renūciatio.* At id cap. 16. agens de bonorum renūciatione, manifestē loquitur de religiosijs paupertatem veram vouentibus, quales non sunt hi. Ergo & caput. 15. praecedens loquens de ætate, & nouitatu requisitis ad professionis valorem, non loquitur de his. Et ita ipse censet, & dicit maiorem partem Cardinalium congregacionis Concilij Tridentini id sensisse: licet postea contrarium decreuerit congregatio in militibus. D. Ioannis, ex nouo ipsorum statuto huic decreto adhaerenti. Quare aperte vult secluso eo statuto, nec eos comprehendere. Et ita probat ratio ab eo adducta, & continuatione, cap. 16. loquens de religiosijs solis veram paupertatem promittentibus. Et hæc sententia mihi placet: quamuis Nauar. lib. 1. consil. tit. de his que vij. in priori editione, consil. 5. numer. 4. & sequentibus, in posteriori, consilio. 9. à numer. 4. & Manuel. 2. tomo summae, cap. 8. numer. 2. conclus. 1. velint id decretum habere locum in omnibus ordinibus militarijs. Quod vniuersaliter loquatur de religionibus. Sed iam contrarium probauimus.

Ex dictis inferitur coniugatum clericum incapacem esse veræ pensionis, qua titulo clericali conferri solet. Si enim antea habitam verè perdit ob statum incompatibilem: à fortiori erit incapax nouæ acquirendæ. Præterea, quia incapax beneficij est etiam incapax pensionis, saltem de stylo Curiae, vt bene docet Nauar. lib. 1. consil. tit. de tempor. ordin. in priori editione, consil. 23. nu. 2. in posteriori, consil. 11. n. 2. At coniugatus est incapax beneficij vt probauit disp. 42. n. 14. Dixi autem esse incapacem, nisi ex Pontificis summi dispensatione. Pontifex autem potest iuste illam

concedere coniugato, non solū ob ministrationem, que coniugatus Ecclesie præstitit, sed ratione paupertatis, aut alia iusta causa eocurrenti. Quia non est Pontificis potestas in cōferendis pensionibus alligata, vt ex sola causa famulatus Ecclesie illas concedat. Quare proors culpa vacat pensiones coniugati accipientes à Pontifice, absq; tali famulatu. Sic docent Victoria relectione. 1. de simonia. n. 50. Nauar. summa latina. c. 25. n. 119. hispana. c. 28. addita. d. n. 125. c. 25

& miscellaneo. 45. de oratione, in noua editione, nu. 4. Gutierrez. q. canon. lib. 2. c. 5. n. 26. Manuel. 2. tomo summae. c. 21. nu. penultim. Ludouicus Lopez. 1. p. instr. d. c. 25. column. 3. §. porro dubitari. Vega 2. tomo summae, cap. 65. casu. 3. Quanius 3otus lib. 1. o. de iust. quest. 5. ar. 6. column. 1. vers. de pensionibus autem, id non comprobet dicens non carere absurditate, si pensiones ob a iam causam, quàm ob Ecclesie famulatum concedantur.

DISPUT. QUADRAGESIMA QUINTA.

An non tantū peccet retinens beneficium, vel pensionem, post initum matrimonium: sed etiā ea recipiens, aut retinens animo non permittendi in statu clericali, sed transeundi ad matrimonium?

SVMMARYM.

Recipiens beneficium parochiale animo recipiendi sacerdotium intra annum, nec postea recipiens sua culpa, non tenetur restituere fructus perceptos eo tempore, quo voluntas durauit, nu. 1.

Tenetur restituere fructus, si à principio non intendebat, nec postea promotus est: & ipso non restituente, tenetur qui conscius eius iniqui animi ei contulit beneficium, numer. 2.

Non est expectanda sententia ad hanc restitutionem, & an in foro externo possit hic cogi restituere? nu. 3.

Peccat mortaliter parochiale acquirens, aut retinens absque animo assumendi sacerdotij intra annum, & tenetur aut mutare voluntatem, aut illud dimittere: ac valeret collatio, nu. 4.

An taliter tenetur fructus restituere, vt illorum dominium non acquirat: & quid distet siue acquirat, siue non? num. 5.

Proponuntur casus, in quibus versatur difficultas, nu. 6.

An recipiens curatum animo per annum fruendi fructibus, ac postea eo relicto transiendi ad nuptias: ac mutata voluntate promotus est, tenetur fructus restituere? numer. 7.

Quid, si mutata voluntate promotus est ad subdiaconatum, Episcopo dispensante ratione studij ne ad sacerdotium promouetur intra septennium: & iniuratur sacerdotio intra id septennium? nu. 8.

Quid, si mutet voluntatem, & tandem non

iniuratur tempore praescripto, an excusetur à fructuum restitutione, quos percepit tempore recte intentionis? nu. 9.

Quid, si animo dubio, aut conditionali acceptum curatum? nu. 10.

An si intendens promoueri accepit, ac mutata voluntate non est promotus, tenetur restituere fructus mutata voluntate receptos? nu. 11.

Quid, si accepit non animo permittendi in illo, sed donec pinguis obtineat, ac id cum alio permittet, aut renunciet pensione reseruat? nu. 12.

An tenetur restituere fructus beneficii simplex, cui ordo sacer annexus est, illud recipiens absque animo ordinis assumendi, sed fruendi ad tempus fructibus, & eo relicto ducendi vxorem? nu. 13.

Lethal: est recipere, aut retinere beneficium simplex, cui ordo sacer annexus est, animo ordinis illius non assumendi: & quid, quando est conditionalis, aut dubius animus? nu. 14.

Quando dicatur ordo sacer annexus: & an sit mortale recipere capellanas, quibus onus missarum iniunctum est, animo non assumendi sacerdotij? nu. 15.

An sit mortale recipere beneficium simplex, cui ordo sacer non annexus, animo non perseverandi in clericatu, sed vxoris ducenda? Resertur quadam sententia, nu. 16.

Non est culpa recipere huiusmodi beneficium animo ordinis sacri non assumendi, at perseverandi in clericatu, nu. 17.

An huiusmodi beneficiarius tenetur habere animam assumendi ordinis sacri, instante